

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

de causis in nominum et verborum inclinationibus potius quam aliis in authoribus vel sacris vel profanis, instituenda de principio esse videtur.

Porro ubi literas iam nosse easque iungere recte et copulare didicerunt ad nominum et verborum inflexiones ducendi erunt, sed simplices ex Aelii Donati libello aut alio aliquo probato auctore desumptas, quibus et literarum picturam atque scriptiones addent ii, qui legere iam perfecte exacteque didicerunt.

Tum et vocabula bina ternave singulis eaque diversa ex eodem tamen capite seu titulo desumpta ediscenda proponentur et recitabuntur ante a discipulis quam ad suos domum redeundi facultas illis potestasque data et concessa fuerit.

Postremo ut quemadmodum a pietate et religione diebus singulis initium fit, ita in eadem desinant pueri die hebdomadae postremo, qui sabbati est, Catechismi et precationum piarum, etiam Evangelii dominicalis lectio, sed vulgaris eaque lingua vernacula et materna adhibebitur.

Is enim recte deum invocatur, intelligenter qui invocatur et ea lingua, quam tenet, invocatur, non sine intellectu ullo inania verba fundit.

LEX IV.

Secundae classis moderator in id incumbat sedulo. Primo ut singulis diebus, quibus habentur scholae, mane initio a precibus et cantione facto huius ordinis pueri psalmum aliquem vel Evangelium dominicale vel aliquid aliud huius generis legant expedite, distincte, tarde, clare. Deinde audita una atque altera declinationum vel coniugationum forma grammatices initia pueris tradere incipiat. In primis autem eo respiciat, ut omnium inflexionum exempla consuetudine et exercitatione magis acquisita quam arte et praeceptis parata teneant. Huic instituto Catonis disticha maxime inserviant, quae interpretabitur praeceptor et ex iis vocabula seorsim delecta inclinanda et inflectenda discipulis suis proponet neque inflectendi solum rationem spectabit, verum et in eo occupatus maxime erit, ut copiam sibi atque facultatem vocabulorum comparent, tum eorum, quae in Catone reperiuntur, tum aliorum, quae quotidiano in usu versantur et in nomenclatura annotantur.

Ad hanc etiam singulorum atque simplicium vocabulorum annotationem paulatim et ad coniunctorum observationem assuefaciendi erunt discipuli. Quam ad rem utilis cum primis elegans ille et lepidus et purus erit Camerarii libellus de vita aetatem puerilem